

illud adeò fortius, ut filius alimenta sibi debita à parte jure naturali non possit renuntiare. Secundum Barto. in l. 1. §. si vel parent, ff. de lib. agnos. Cevallos in contra comm. i. tomo q. 388. ac idèo aequalitas inducta à Surdo non procedit, ut vides, nec etiam ob alium fundamen-  
tum, quo movetur nempe, quod paupertas & inopia si sufficiens, ut actori, habent pro se sententiam, alimenta præstentur, lice pende, quia falso est, & improbabile; siquidem tria copulativa concurrere necesse est, scilicet, quod sit filius, vel nepos, & quod pauper, & quod jam habeat pro se sententiam, ex l. si insit. §. de inoff. ff. de inoff. testam. ut latè probavit noster Cov. in præf. c. 6. n. 6. Lud. Molin. de primog. Hispan. l. e. n. 30. Lara in d. l. si quis à liberis, §. si vel parent n. 42. Alvar. Valasc. consult. i. n. 9. vers. nec existim, insinuantes tribus, vel aliquo illorum deficentibus, sumptus actori non debet; sic sequitur, ut paupertas hæc, non operatur speciale, sola ipsa & de per se.

16 Deinde facit pro hac parte, & contra Surdum; nam quando alimenta petuntur jure actionis, ut ex contractu, &c. causa alimentorum non est summaria, ut probant Bart. in l. de alim. n. 2. C. de trans. idem approbat Bald. in l. nonnunquam, l. 2. ff. de judiciis. Decius in d. l. de alim. 12. & ibi Curtius junior n. 8. Decius in l. si certis annis n. 7. C. de paliis. Marant. de ord. jud. 4. p. d. 9. n. 52. Didacus Perez in rub. tit. 1. lib. 3. ordinam. Lata in d. §. si vel parent, n. 24. & post Alex. & Barto. idem latè tenet Marquess. rr. de commissio. p. 1. c. 18. n. 5. & 6. & 7. fol. 201. Surdus de alim. privil. 2. tit. n. 16. Gratia discept. for. tom. 1. c. 33. num. 22. ubi intelligit in inope, rationem reddentes quia in hac specie cessat causa, cuius favore introducta sunt privilegia alimentorum, quia ille, qui sibi querit alimenta, tuebitur parta, cum præsumatur vir prudens maturi gravisque consilii. Probat etiam Flores de Mena, in præf. q. d. q. 14. n. 11. & suprà, ut hoc casu agatur jure ordinario, & appellatur, & jure actionis etiam agitur in legato pro alimentis, ut post alios Gratia discept. foren. c. 104. a. num. 57. Marescot. variar. resolutio. lib. 2. c. 83. à n. 1.

17 Prædicta tamen conclusio, qua diximus, à sententia super alimentis lata non esse licitam appellationem suspensivam: fallit, & non procedit, quando sententia est lata contra eum qui petit alimenta, quia ius à negativa sententia potest quoad utrumque effectum appellare. Angel. in l. si sub n. 1. ff. de appell. recip. quem referunt, & sequuntur Cæsar. Contard. in l. unica limit. 17. n. 19. C. si de momen. pass. Ruginel. in tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 68. Scaccia tract. de appell. q. 17. lim. 7. n. 19. Petrus Surd. tract. de alim. tit. 8. privil. 60. n. 24. in fin. & n. 23. & seqq. & signanter n. 33. si. Marquess. tract. de commiss. 1. p. c. 18. num. 17. fol. 210. Generaliter verum est, quod à sententia negativa lata contra agentem aliqua privilegiata via, & sui natura inappellabili, admittatur appellatione quoad utrumque effectum, de quo latè infra c. 4. hac 3. p.

Hinc ut vides, pedentium labitur in nostram propositam quæstionem, an à sententia lata virtute contractus, quo alimenta promittuntur, & cui alijs pro alimentis consequendis jus naturale, & officium judicis est paratum; sit appellatione interposita deferendum: & facit difficultatem resolutio proxime præcedens declarationis, ut quando ex contractu agatur, appellatione sit licita quoad utrumque; quando officio judicis, secus.

21 Et pars affirmativa, ut in nostro casu sit deferendum, probatur, primò nam licet actio judicati executionem habeat paratam, & stipulatio tamen, per quam ipsa novatur, ejus privilegio non gaudet, l. minor. 14. ff. de minorib. Arismin. Tepat. lib. 1. tit. de re judic. fol. 316. col. 2. circa fin. nec ipsa sententia illud conservat, nec retinet text. est in l. si se vov. obtulit. 4. §. si ex conventione, ff. de re judic. Si quidem etiam contractus gestus in ul-

tima voluntate amittit suam naturam, & assumit naturam ultimæ voluntatis, l. 1. §. si quis sub conditione, ff. 22 ut legato no. cavea. Iff. in l. nemo potest à n. 21. ff. de leg. 1. Ergo idem in nostro casu est dicendum, ut privilegium exequutionis, quod habebat sententia lata in favorem patris, vel filii, per stipulationem amittatur subsequuntam. Et comprobatur quoniam licet à mero possessorio non appetitur, tamen in possessorio intentato, vigore contractus & obligationis appellatio admittitur quoad utramque, ita latè dixi hac 2. p. c. 12. à num. 99. cum multis seqq.

Secundò & pro hac parte facit, quoniam provisio hominis facit cessare privilegium à jure sibi concessum, & l. permitt. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solvi. ubi tacita hypotheca alicui à jure competens amittitur per expressam ab eo stipulatam, ex quo text. illam communiter eliciunt DD. nostri conclusionem, quod provisio hominis novando provisionem legis, tunc provisio legis, etiam si sit de jure communi tollitur per provisionem hominis; ita tenent Cyvus & Salicet. in l. 2. C. de jure emphyte. & habent in l. 4. §. si ex conventione ff. de re jud. Salicet. post Petrum in l. fin. C. de pactis conuen. in d. l. 176. Negusian. de pig. 4. memb. 2. p. c. 93. & sursum: ergo idem est dicendum, ut cesset privilegium executionis, tacite à jure filio concessum per initum alimentorum contractum.

Tertiò facit, quia quando in aliquo negotio propter aliquam causam est prohibita appellatio, si ei accedit aliud, quod illum prohibitionem non patiatur, hoc prævaleret, & ut potius facit cessare prohibitionem, ita ut appellatio admitti debeat, probat elegans text. in §. super quest. §. nos autem de off. deleg. ergo jus actionis permettens appellationem cum accedit officio judicis prohibientis illam, attendendus est.

Sed his non obstantibus etiam pro contraria parte, imò à sententia lata pro alimentis virtute contractus pariter appellationi non esse deferendum, facit fortiter. Primò, nam ubi reperiuntur duas regulae, una affirmans, alia vero negans, hanc potius (ista neglecta) sequendam & attendendam esse, probat text. in l. tit. or quoque 3. in ord. s. liberti, vers. sed si patronum suum, ff. de suspect. rito. jur. et. l. 1. §. confugens, eod. tit. trudit per hæc jura Ant. Dinus, & Bart. ibi in prima lectura. sequitur Alex. in l. si convenerit col. 1. de re judic. & ubi currunt duo privilegia, aliud prohibitorium, aliud permissivum, illud potius prævalere, & sequendum esse, l. si Ruffinus vir clarissimus & ibi Bald. in princ. Raphaël Fulgo. Alex. Franc. Aretin. & Iff. C. de test. militis, sed circa alimenta hæc concurreat actio, & officium judicis, & sic duas cause, alia permettens appellationem, alia prohibens, ergo causa prohibitionis est sequenda necessariò.

Secondò pro hac parte facit dispositio text. in l. qui id quod, ff. de donat. ubi donatione in stipulationem deducta, & virtute stipulationis condemnatus donator non amittit privilegium, nec convenientiar in quantum facere potest, quod donationis virtute sibi competebat, reddens rationem text. ibi, causam enim & originem constitutæ pecuniae, non judicij potestate prævalere, placuit, &c. & sic potest stipulationis, seu actionis constituti, quod id significant illa verba (non judicij potestate) ut declarat ibi glossa, non est apta impedire privilegium antea competens.

Tertiò probatur, quando una actio devolvit in alijs, intelligitur devoluta secundum suam naturam primævam, text. est in l. item veniant, §. cum prædictius ff. de petitione heredit. ubi gl. & Doctores hoc notant, quemadmodum quando una actio in alterius locum succedit, ejus naturam assumit, l. 1. §. si quis sub conditione, & huic stipulationi easdem causas, & conditions inesse, sciendum est, &c. ff. ut legator. seu fid. nomine caveatur, l. si quis stipulatus, ff. de usuris, l. si id quod

ff. de confit. pecun. l. si cum §. 2. ff. si quis cautioni, ergo ista actio ad alimenta, quæ succedit in locum officii ad judicis, ejus naturam assumere, & retinere debet.

29 Quartò & huic proximum est, quod quando in una persona concurrunt qualitas naturalis, & accidentalis, quæ insimul stare nequeunt, prævaleret naturalis, l. qui habet, ff. de tutelis, siquidem & attenditur potius causa primordialis & originalis Craveta conf. 144. n. 2. & principium est sine potentius, & causa incipiens poterior est perficiente l. 1. ff. de orig. jur. l. Pomponius, ff. de negotiis gest. l. si filius, ff. de verborum obligat. & omnis processio fit à principiis, Arist. l. de caelo. Angel. conf. 1. 10. n. 6. post medium Craveta conf. 83. n. 13. & finis regularatur à suo principio, & ad illud trahitur, l. 1. §. Seio, ubi Bald. ff. de minori. Angel. in l. si possessor, §. Seio, ubi Bald. ff. de petitione hered. sed in filio, vel patre alimenta trahentur concurrunt officium judicis inductum ab ipsa natura, & contractus, qui est accidens, ergo ilud prævaleret.

32 Quintò facit, nam si stipulatio, quæ est stricti iuris, & strictæ interpretationis, interponatur super contractu bona fidei, hujus naturam, & effectum retinet quia qualitas prima obligationis censetur adjecta in stipulationem, l. aliam, ff. de donatio. l. 2. vers. qua, ff. de privilegiis credit. Bart. in l. si quis cum alter num. 4. ubi Alex. nu. 3. & Iff. 1. 2. ff. de verbis. ubi Aret. & ali plures citati à Pinello in repetit. l. 2. C. de rescind. 1. p. c. 3. n. 3311. & seqq. Cevall. in contra commun. opinion. tom. 1. q. 510. ante fin. dicentes quod remedium l. 2. C. de rescind. vendit. quod non datur in contractibus stricti iuris; locum habet in stipulationibus interpositis super contractibus bona fidei, & hinc est, quod si depositum subrogatur loco alterius contractus, licet opponere omnes exceptions, quæ poterant primo contractui opponi. Corrasius tract. de deposito 1. p. tit. de cassis nu. 42. cum pluribus seqq. Marta de jurisd. 4. part. cent. 2. casu 104. Ergo privilegium non admittendæ appellatiois inhærens officio judicis, & æquitati naturali filio præstante alimenta, debet durare, & repeti in contractu eadem promittente, qui eo sui natura caret. Longum potuisse in re hac facere progressum, sed hæc sufficiant.

35 Quid dicendum in tam difficulti, & intacta quæstione: èam feedere distinctionis intendo componere; aut enim contractus, quo alimenta promittuntur filio, putata; celebratur est animo movendi priorem obligationem induciam ab æquitate, & ratione naturali (prout hodie requiritur ut exp̄ se sit novatio iuxta l. si. C. de novatio.) & tunc cum officium judicis penitus evanescat, remanet sublatum, cum provisio homini faciat tunc cessare provisionem legis, quando fit ad eam novandam non alter, ut exp̄ se declarat Negusian. in d. 4. memb. 2. p. num. 93. & omnes alii DD. quos ad secundum argumentum prioris partis n. 23. supra adducti, remanentque duntaxat jus actionis ex contractu, quia per translationem unius actionis in aliam prior extinguitur, ut per DD. in l. singularia, ff. si certum, & in l. certi conditio, §. depositum eod. tit. extincto autem primo contractu, extinguuntur omnia ejus privilegia c. accessoriū de regul. jur. in 6. Salicetus in auth. ad hac num. 13. C. de usuris, ac ideo ex eo agendo ad alimenta sententia super ipso lata paritur suspensionem per appellationem subsecutam, ut superius diximus in ultima declaratione, n. 13. Et magis etiam in specie facit dispositio text. in d. l. si non obtulit. §. si ex conventione, ff. de re judicat. ibi, si modo novatio intercessit, &c. & ceteræ doctrinæ additæ in primo fundamento ejusdem prioris partis, ut loquantur, quando novatio intercessit, & ideo hoc casu appellationi tanquam licita non desersens, vim faciet.

38 Si autem hic contractus fiat non novandi causa, sed ut accedit priori obligationi, à natura inductæ, ad Salgado de Protect. Reg.

facit quod in c.7. num.101. cum seqq. affirmavi, ut ex dictis qualitatibus contrariis, si una est accessoria ad aliam, ejus naturam sequatur, & sic cum ista promissio alimentorum (non animo novandi) à lege inducta obligationi accedit, & accessoria sit, ejus naturam assumere, & sequi tenetur, quando simul concurrant, pro quo applica mirabiles doctrinas, fundamenta, & Doctores, quos adduximus in d. c.7. à n.101. & sic habes absolutam questionem difficultem, quam nota, quia alibi non invenies.

45 Et ex hujus principalis questionis resolutione, quae diximus in alimentis non dari appellationem suspensivam; extende ut multò fortius procedat in interlocutoria, quia quando prohibetur appellatio à causa principali, quoad suspensivum tantum, pariter censetur prohibita ab interlocutoria, sicut à diffinitiva, quia eadem ratio dicit & militat in utraque, ita in terminis alimentorum tenet Scaccia de appell. q.17. lim.7. sub n.13. vers. infero 3. fol.422. sed quia de hoc articulo egimus generaliter suprà 2.p.6. per totum, hic omitto.

46 Et pro complemento hujus capituli obiter adverto; quod licet aliqui valere affirmit argumentum ab alimentis ad dotem, & propterea ut nec sit in causa doctores appellatio licita quoad suspensivum, communiter sit à Doctoribus receptum, Ozascus decis. Pedem. 25. 47n.20. Menoch. de adipiscen. poss. rem. 4.n.8.29. Aret. in l. 51. Tauri a n.32. fol.24. Joan. Lupus in c. per vestras 5.14. vers. adverte Gratianum regul. 3. n.3. Scaccia de q.17. lim.7. n.9. & latè prosequitur in limit. 8. à n.3. cum seqq. & n.8. fol.423. ubi latè tractat an super causa pia 4. Sacmittatur appellatio, ut est videre per Bald. novel. 49m tract. de auct. p.9. in 7. speciali. Perrum Surd. ad alim. m.8. q.60. n.6. & 7. & sursum (ego tamen nunquam vidi practicari) quem n.34. & 5. vide an pendente appellatio, tñt alimenta ministranda, & quid sit dicendum quando agitur ad reformationem alimentorum, an tunc appellatione emissio deferendum sit, dicemus infra hac parte c. seqq.

50 Unum tamen non dissimulabo, quod dicit Avend. in dict. iuris legum Regni post Reponsa fol.199. verbo governo vers.5. procedit, scilicet, quod illa regula superioris à nobis tradita, quod à sententia præstari jubente alimenta, non licet appellari, limitetur respectu taxationis eorum alimentorum, quæ si nimis taxentur, habeat locum appellatio, nulla pro sua opinione adducta lege aut ratione, sed solum Speculatorum tit. d. appell. §. in quibus vers.9. n.11. qui quidem aperie id non dicit, sed illud duntaxat ait, quod si diceretur modum excessivæ, iterum præstabuntur alimenta, sed non appetit ante executionem sententia, vel post, & sic secundum regulam est intelligendum, maximè quia allegat ad id l. si infinita §. de inofficio, ff. de inofficio test. & l. si neget, ff. de liberis agnosc. quorum quidem juriū causas appellationem suspensivam non admittunt; sicuti de d. §. de inofficio, superioris diximus, at de dicta l. si neget, ipsius verba indicant, ibi, alimenta quidem liberis praetare interim compellendum, &c. nihil autem ad casum probant, atramen in casibus de quibus loquuntur appellationem negant, & sic Doctor debet intelligi secundum leges quas allegat.

51 Defuper & contra Avend. facit, quod quando aliqua sententia metetur executionem à gravamine ex excessiva fructuum, vel interesse liquidatione, & taxatione, appellationis executionem non suspendit, nec ei esse deferendum tenet Bart. in l.2. C. de sententiis que sine cer. n.5. sequitur Roderic. Xuarez in l. post rem, in declaratione ll. regni, lim.4. n.5. & Additione, valde plures pro hac sententia allegat. n.1. & 4. Soc. cons. 3. o. n.6. Octavia. Ozas. decis. Pedem. 129. n.10. Cov. lib.2. var. cap. 11. n.1. Joan. Garcia de expens. cap. fin. n.5. in noviori impressio. Ayora part. 1. cap. 4. num. fin. Utilis in add. ad Afflict. decis. 35. n.2. & 175. n.1. Aymon. cons. 231. n.5. & 14.

alios allegat Parlad. lib.2. rerum quot. cap. fin. 1. p.c.12. n.32. plurimos Ecclor. de ration. cap.33. a n.20. vide quæ nos latissime infra 4.p. cap.10. à prino. & est receptissima omnium tribunalium supremorum sententia, quæ licet habeat contradicentes, quando liquidatio & taxatio sit per sententiam, de cuius executione tractatur (ut nos suo loco videbimus) illud apud omnes concors est: quod quando taxatio sit in eadem sententia, nullatenus à taxatione excessiva appelleretur, quemadmodum, nec ab ipsa principali parte sententia, ut apud eosdem Doctores est videre, prout accedit in sententia, de qua agimus, nam in ea semper sit alimentorum & quantitatis taxata condemnationis; & tunc etiam concurrunt in sententia circa unum & idem due contraria qualitates, quarum negativam appellationi præferendam diximus suprà, & probavimus 2.p. cap.7. maximè quia taxatio venit accessoriè ad principalem condemnationem alimentorum, prout superioris dixi.

Desuper, quoniam exinde maximum sequeretur in conveniens, cum nunquam posset evitari periculum à lege consideratum in dilatione præstationis alimentorum, propter quod vitandum sententia executio acceleratur appellatio non obstante, quæ si à quantitate emissa admitteretur suspensiva, nunquam haberet locum hujusmodi sententia privilegium, & permitteretur una via, quod alia prohibetur, contra text. in l. oratio. ff. de sponsalib. aperietur via fraudibus, quis enim condemnatus acquiritet quantumvis legitima taxationi? quæ eam non impugnabit? & excessivam injustissimamque non dicet appellans duntaxat suspendenda executionis, & differenda præstationis causa: si principale confitit lex de judice, cur non de accessorio? cognoscat superior de utroque gravamine, reponat, vel moderetur, quod injustum reperiat, evitetur calumniosa dilatio, non pereat interim actor inops, non fame ac tædio affectus item defterat, exequatur sententia, quia res, & venter dilationem non patitur, cum periculum sit in mora. Pro quo etiam facit, quod hujus efficas rationis calore justissime disponit lib. 54. tit. 5. lib. 2. nostra recipil. Regie, quod à taxatione ciborum, vel alimentorum, quæ in oppidis, & civitatibus venduntur, appellatio emissa executionem non suspendat, præcipue & advertit auditoribus supremorum tribunalium, quod si ad eos eatur per viam appellationis, vel aliam etiam quamlibet, minimè impediatur executionem inferioribus, nec faciant, ut supersedeant in ea, respectu multorum inconvenientium ex contrario resultantium. d. 19. tit. 18. 1. 4. ejusdem recipil. disponit ante executionem sententia, vel post, & sic secundum regulam est intelligendum, maximè quia allegat ad id l. si infinita §. de inofficio, ff. de inofficio test. & l. si neget, ff. de liberis agnosc. quorum quidem juriū causas appellationem suspensivam non admittunt; sicuti de d. §. de inofficio, superioris diximus, at de dicta l. si neget, ipsius verba indicant, ibi, alimenta quidem liberis praetare interim compellendum, &c. nihil autem ad casum probant, atramen in casibus de quibus loquuntur appellationem negant, & sic Doctor debet intelligi secundum leges quas allegat.

Et in terminis nostra questionis ita determinavit sarcra Rota in dict. 7.64. per tot. 1.p. diversorum, & specialiter n.2. in hac: Unde si Josephus tempore petitæ mercedis erat adeo pauper, ut res non reciperet dilationem: sequitur, ut à decreto facta super taxatione mercedis non potuerit appellari. Sicut enim à sententia in causa alimentorum debitorum officio judicis propter paupertatem non potest appellari, quia res non recipit dilationem, l. fin. ff. de appell. recip. ita etiam dicendum est de sententia lata in causa mercedis pauperis, ut non sit appellabilis, propter eandem rationem. Et hoc etiam in terminis tenet gl. in clem. 1. verb. oneramus, de jure patr. quam alii sequuntur, de qua per nos cap. seqq. a n.9. latius, quarum quidem doctrinarum immemor fui, tempore, quo contra Avendanum resolvi, sed postea vidi, & sic tenendum est fortiter contra Avend.

t appellationi nec respectu condemnationis, nec respectu taxationis, & quantitatis alimentorum sit ullo modo deferendum, nec violentia dicetur à judice commissa, & vide etiam DD. cit. ad hoc in d.c.1. à n.9. hac 3. p.

Efficax enim est, fortis, & potissima illa ratio, quam Iura & Doctores à nobis superiori allegati considerant, ad excludendam appellationem suspensivam hac alimentorum causa, ut scilicet periculum sit in mora, atque quod dilationem non patitur, sed celerem expeditionem desiderat, sub cuius quidem præsidio, & protectione multi casus degunt, & à malitiosis tutantur, & propterea vim nec fieri, nec appellationi interposita à sententia (qua quis condemnatur super actione ad exhibendum) esse deferendum, quando habet condemnatus facultatem rei restituendæ, in modo appellatione non obstante eam cogitare exhibere, cum tale judicium non beat mora dilatione differri, §. ibid. ad exhibendum, l. 2. de feriis, affirmat Speculator in tit. de appell. §. in quibus, vers. sed nunquid in actione ad exhibendum n. 12. quam doctrinam sequuntur etiam Barr. in l. creditor §. jussus, ubi Joan. de Imola col. fin. ubi etiam per Angel. Lopez in l. 20. tit. 3. p. 3. verb. si fuere tenedor della. gloss. 5. & idem Greg. in l. 9. tit. 2. 5. p. 3. gl. 6. profitentes, quod tunc cogetur rem præcisè exhibere, & si appelle, non audiatur.

53 Quod quidem limitatur, ut non procedat quando quis ultra rei exhibitionem ad aliquid aliud condemnaret, putat; quia propter inobedientiam non exhibendi intra terminum condemnatur in interesse, juxta d. §. jussus, vel quia dolo desit possidere, ad id sit condemnatus cum subjeat periculo juramenti in item, quia est grave, juxta text. in l. Celsus, §. idem Julianus,

& Julianus cum suis §§. & toto tit. ff. ad exhibit. quia tunc appellationi nisi deferatur, vis fiat tanquam permisla, ut probat videns Speculator ubi proxime Imola & Gregor. dict. locis Maran. in ord. judic. 6.p. tit. de appell. qui supradictam conclusionem esse intelligendam, dicit, & declarandam, prout declarat, & intelligitur illam Speculator, ad quem se remittit. Hanc nostram limitationem probat expresse text. in l. creditor, §. jussus, ff. de appell. ibi, quia instrumenta per contumaciam non exhibuerat, cum petitor quanti sua interesset, exhiberi jurasset, facta erat condemnatio, quæstum est, an post iurandum appellationem interponere posset; respondit, nihil proponi, cur denegandum est appellandi auxilium, &c. Vide tamen quæ nos suprà part. 2. cap. 7. ad fin. latè diximus à num. 132. cum pluribus sequentibus.

Quid autem sit dicendum, quando in eadem sententia, quæ quis ad exhibendum condemnatus est, & si non faciat præstet actori interesse, latè disputando resolvimus suprà 2. part. cap. 7. ad fin. ubi videre per te poteris ad n.132. cum multis sequentibus, quod te remitto pro resolutione vera hujus difficultatis, & præcedentis n. 58.

60 Et prætextu hujus rationis legatum relatum pro se pultura dilationem non admittit, & propterea nec appellationi emissa à judice deferendum esse firmat. Ripa in l. 1. in princ. n. 17. ff. quorum legat. tradunt Speculator. in tit. de appell. §. 1. in quibus vers. 8. Mantua in l. ultim. in 2. lict. n. 27. 3. de edito D. Adr. Gramm. decis. 82. n.2. Menoch. de adipiscend. poss. rem. 2. n.71. ubi num. 62. ex Ripa Bal. & Angel. dicit, legata, quæ dilationem non admittunt, debet etiam ante aquam hereditas aedatur, ut etiam ibi à num. 59. quod quando in mora hoc im-

minet periculum, legatarium posse propria autoritate occupare legatum, nec teneri remedio, quorum legatorum, sicuti etiam non auditur creditor petens, ut detineatur cadaver debitoris, ne sepeliat, nec ejus appellationi deferendum esse, probant ex alis Baëza de inope debitore c. 1. n. 20. latè diximus pluribus adductis Doctribus suprà 2. part. c. 7. à n.8. & seqq.

Salgado de Profect. Reg.